

Ob 30



Einladungsschrift

zu der

am 4ten und 5ten Oktober 1839

anzustellenden

öffentlichen Prüfung der Schüler


des

Königl. Friedrichs-Gymnasiums

zu Gumbinnen.

Inhalt:

- 1) De Graeci sermonis vocibus in 107 trisyllabis. P. I. Eine Abhandlung des Oberlehrers Dr. Janson.
 - 2) Jahresbericht des Direktors.
-



Gumbinnen, 1839.

Gedruckt in der Krauseneckschen Regierungs- Buchdruckerei.

Handwritten text in a circular stamp, likely a library or collection mark.

Handwritten text at the top center, possibly a title or author's name.

Handwritten text in the middle section, possibly a title or a large heading.

Handwritten text below the middle section, possibly a subtitle or a smaller heading.

KSIĄZNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

Stadtbibliothek
Chorn

AB 1718

De Graeci sermonis vocibus in $\overline{\iota\omicron\nu}$ trisyllabis.

Commentationis particula altera.

Ternarum syllabarum deminutiva in $\overline{\iota\omicron\nu}$ certo quum sint notata accentu, mirum esse debet, cur complura apud epicos poëtas, qui deminutiva devitare feruntur, inveniantur vocabula ipso hoc, quo omnis maximam partem nititur deminutio, accentu insignita. Ea enim lex, quae iam a veteribus tradita est grammaticis: (vide Spohn. de extr. Odys. part. p. 152 sq.) ut ternarum syllabarum deminutiva in $\overline{\iota\omicron\nu}$, si tribracho essent paria, proparoxytonos, sin autem dactyli numerum, prima syllaba seu positione seu natura producta, haberent, paroxytonos scriberentur, quum in pluribus obtineret nominibus quae per significationem in deminutivis haberi nequeunt, ut in his: *ἐρκίον, ἠρία, ἠρίον, θηρίον, ἰνίον, ἰστίον, ἰσχίον, κηρίον, κλίσιον, κραινίον, μηρία, οἰκία, πηρίον, τειχίον, φορτίον, φρυκίον*. nemini dubium esse potest, quin ea quibus fere deminutiva abiudicatur significatio, ad tenorem quod attinet, horum analogiam secuta fuerint. Etsi vero illis nominibus, veluti infra videbimus, omnes fere inter se de accentus sede conveniebant grammatici, alia tamen vocabula ab his ipsis poëtis frequentata, ut *ἄμνιον, ἔχμιον, ὄρνιθιον* etc. — cur ab hoc descivissent praecepto, caussa vix intelligeretur, nisi sciremus, non omnes grammaticorum regulas ab omni arbitrio seunctas fuisse. Operae igitur pretium facere nobis videbatur, si accuratius inquirebamus, quid fuisset, quod tot vocabula in $\overline{\iota\omicron\nu}$, quamvis haberent unde in deminutivorum modum formata viderentur, ex horum numero excerni deberent. Priusquam vero de his nominibus luculentius disputaturi simus, haud ab re duximus referre quae nobis ad hanc rem inter legendum acriter attendentibus obviam fiebant deminutiva accentus labe insignita.

§ 1.

Deminutiva ternarum syllabarum in $\overline{\text{ιον}}$ suo accentu destituta.

Schaeferus ad Greg. Cor. p. 11 et p. 28 τὸ τεύλιον, θυρίον, κήπιον commemorando clare ostendit: in horum deminutivorum tonosi libros mire fluctuari, nec latent V. V. D. D. Lobeckii ad Phryn. p. 314 τὸ λύχνιον et Buttmanni gramm. locupl. § 119, 62 τὸ κώμιον (cf. Eustath. ad Il. II, p. 268 v. 8) afferentis iudicia inter se convenientia. His adde:

τὸ βώλιον apud Aristoph. Vesp. 203 (ed. Invern.) proparoxytonos exaratum, in Passovii Lexico recte scriptum invenitur. Stephanus in thes. L. gr. locum affert ex Aristotele de aud. mirab. ubi eadem accentus labes deprehenditur.

τὸ ζώνιον proparoxytonos scriptum legitur et in Passovii lexico et apud Pollucem VII, 67 Aristophanem allegantem; at in Anth. Pal. V, ep. 158 (ed. Iac.) e lege paroxytonos notatum est.

τὸ κάλπιον cuius primitivum κάλπη est, non quod vulgo dicitur κάλπις, in Athen. deipn. XI, p. 475 c. (ed. Schweigh.) proparoxytonos scriptum, eademque tonosis offenditur in Passovii lexico.

τὸ κλώνιον in tertia ab extrema positus est accentus in Athen. deipn. XV, p. 680; in secunda in Meleagri epigrammate (A. P. XII, 256 v. 8) quam accentus notationem recepit etiam Passovius in lex.

τὸ κρήνιον a Passovio omissum proparoxytonos scriptum legitur in Strab. T. I, p. 441 (ed. Tsch.).

τὸ κύμβιον proparoxyt. notatum est apud Harpocrat. 180, 33. (ed. Bark.) Demosth. contr. Mid. (p. 558 et 568 ed. R.) commemorantem. cf. Dem. contr. Euerg. 1156 et alibi, quibus tamen locis ad deminutivorum regulam bene scriptum invenitur, veluti in Athen. VII, p. 230 ubi Alexis ἐν ἐπιπίσκῳ excitatur et XI, p. 481 d. cf. Etym. m. 543, 8; 545, 33, ubi tamen accentus locus sibi non constat; namque infra ibid. 549, 12 κύμβιον contra regulam proparoxyt. scriptum est. Eustathius denique 223, 28 κυμβίον cum canonem deminutivis peculiarem constitueret, paroxytonos notatum in medio proposuit.

τὸ κώνιον proparoxyt. signatum in epigr. Philodemi (A. P. V, 13) a Buttmanno l. c. in κωνίον emendatur; idque significato differt a κώνιον saepius cum κωνεῖον confuso. cf. Spohn. l. l. p. 140.

τὸ λώπιον crebrius recurrit in Aristotele de rhet. III, c. 3 (ed. Buhle) pro-
paroxyt. notatum, in Diodori epigr. (A. P. VI, 245) recte paroxyt. scribitur.

τὸ μάζιον dubiae lectionis ap. Athen. XIV, p. 646 c. Schweighaeuser quidem
ibi sic edidit: *ἐπίδαιτρον· πλακούντωδες μάζιον ἐπὶ τῷ δείπνῳ* — sed edd. Bas.
Ven. offerunt *πλακούντων δεσμάτιον* indeque coniecit Casaubonus *ἐδεσμάτιον*
quod dem. *ἀναλόγως* formatum haud scio an nusquam legatur. Fortasse scripsit
Athenaeus: *πλακούντων ἡδυσμάτιον* quod ab eo laudatur ex Teleclid. *Ἀμφικ-
τύοσιν* VI, p. 268 c. Ceterum genitivi ex quo tenoris locus non apparet, forma
legitur ibid. II, p. 99 c. ex Phrynicho excitata.

τὸ νήττιον proparoxyt. scriptum in Passovii lexico legitur et ap. Athen. II,
p. 65 d. ubi *τὰ νήττια* reperitur.

τὸ πόσθιον habet Aristophanes (Thesm. 515, ed. Br. 521, ed. Invern.) cf.
Poll. IX, 131. Eustath. ad Odys. p. 1857, 16. Suid. s. v. qua de tonosi decedunt
lexica vulgaria.

τὸ ῥίζιον non tantum apud Aristoph. av. 654 male scriptum invenitur, sed
etiam in Diodor. Sic. IV, c. 54 (ed. Wessel.) at in Athen. XI, p. 485 ex Antipha-
nis Aesclepio paroxytonos signatum affertur: *ῥίζιον τρίψας τι μικρόν.*

τὸ στάμνιον vitiose scriptum apud Athen. IV, p. 146 a Meinek. (Menand.
reliq. p. 50) corrigitur. Eam quam par est syllabam tenet apud Aristoph. Lys.
196. Plat. ep. XIII, p. 361 b et alibi.

τὸ σχοίνιον perperam scriptum dominatur in Strabone (Vol. I, p. 449. VI,
p. 143 ed. Tsch.) recte in Etym. m. 740, 37: *τὸ σχοινίον ἐκ τοῦ σχοίνος* quem
ad modum in Aristoph. Vesp. 1343. Pac. 436. Acharn. 22. Demosth. in Euerg.
1145. Herod. I, c. 26. V, c. 86 (ed. Schweigh.). Anthol. Pal. VI, ep. 169. Athen.
deipn. V, p. 206 etc.

τὸ τέχνιον et *τέχνιον* a Buttmano l. c. canonem de accentu deminuti-
vorum constitutum mutae cum liquida copulatione tolli negante in secunda accentu
notantur. *Τέχνιον* proparoxyton. scriptum est in Luciani epigr. (A. P. XI, 212)
idemque habet auctor epigr. 402 libri XI ubi tamen recte *τεχνία* paroxyt. exara-
tum est, prima quamquam corripitur:

οἷα γάγοιεν ἐμῶν ἀντιδίκων τέχνια
cuius syllabae correptionem plerisque Anthologiae epigr. invenimus. cf. Lucill.

XI, ep. 259. — *κρίθας* — *ποιεῖ τοῖς τεχνίοις πισάνην* — cf. XI, ep. 388.

Tum *τέχνιον* in Passovii lexico proparoxyt. notatum, ab Astio in Platonis rep. VI, 495 d. paroxyt. scriptum est, veluti a Schweigh. Athen. II, p. 55 d. VI, p. 240 e. et alibi.

τὸ φάτιον ubique proparoxyt. natatum reperimus. Namque non modo in Aristophanis Pluto 1011 quem versum sic expressum allegat Hermannus ad element. metr. p. 128

νηπιόριον ἄν καὶ φάτιον ὑπεκορίζετο.
sed etiam in Athen. VIII, p. 359 b ubi *Ἐρίππον ὀβελιαφόροι* citantur, eadem est labes.

τὸ χλαίνιον semel legimus male scriptum in A. P. XII, ep. 40 *ἀδεσπ.*
τὸ ὄμιον proparoxyt. signatum invenitur in Ammiani epigr. A. P. XI, 157.

Sunt deinde nomina dem. quorum syllabae primae scriptio dubium reddidit accentum; in quibus sunt *τὸ σάκιον* et *κάδιον* quae etiam duplici scripta inveniuntur consona. Citatur illud a Polluce X, 152 hunc afferente ex Thesmoph. II, Aristoph. versum:

Σακίον, ἐν οἷσπερ τὰ γύριον ταμιεύεται.

„Fallitur, inquit Brunckius, Iungermannus dicens non constitutum versiculum nisi scribatur $\bar{\alpha}$, σακίον. Utravis scriptura eligatur, perinde stabit versus: sed codd. lectio praeferranda erat. *σάκος* unico $\bar{\alpha}$ occurrit Lysistr. 1211, Ach. 822, nec necesse est legere *ἐν ᾧπερ*. Praecedebat aliud adfinis significationis substantivum, ad quod, ut et *σακίον*, refertur plurale *οἷσπερ*.“ In Etymol. m. p. 670, 52 legitur *σακκίον*, quae forma etiam exarata invenitur in Menand. fragm. *Μεισιδ.* p. 44 ed. Mein. et Xenoph. Anab. IV 5, 56. ed. Schneid. nec minus in Diod. Sic. XIII, c. 106 (ed. Wessel.) ubi *σακκία* legitur. Atticorum vero non fuisse duplicem $\bar{\alpha}$ consonam copulare notum est. cf. Sturz. de dial. Aegypt. p. 129, ita ut *σάκιον* cuius prima brevis sit, accentum in tertiam recipere oporteat. cf. Poll. X, 152.

Idem etiam de *κάδιον* statuendum iudico. In Etym. m. *καδίσκος* affertur una consonante scriptum et sic in libris edilis fere legitur. cf. Aristoph. Vesp. 854. Dem. *κατ. Μακάροτ.* 1503. *κατ. Εὐβουλιδ.* 1304. *κατ. Νεαιρ.* 1375. quam ad *κατ.*

mam scribendum videtur in Lyeurgo κατ. Λεωκρατ. 169, 12 ubi in edit. Reisk. id nomen duplici $\bar{\delta}$ scriptum legitur.

Quid autem ad accentus locum ambiguitatis fecerit terminationum $\bar{\epsilon}\iota\omicron\nu$ et $\bar{\iota}\omicron\nu$ confusio, ex paucis quae non sunt deminutiva, ternarum syllabarum nominibus apparet. Reiskius in orat. Isaci περὶ τοῦ Φιλοκτητ. 58, 21 recepit κούρειον proparoxytonos signatum contra Hesychium ubi κουρείον paroxytonos notatum legitur, quod ad formam κουρείον sive κούρειον prope accedit. Idem enim Hesychius κούρειον affert ex Sophoclis Andromeda. cf. Etym. m. s. v. Similiter Erotianus in lexico Hippocratis γραφίον citat. ex Sophoclis Helena pro γραφείον, versibus corruptis; atque pariter στυπίον an στύπειον scribas, dubitari licet, quum utrumque significato non differat a στυπέϊου.* In huiusmodi vero nominibus non est periculum, ne quis arbitretur inesse hypocorismum. Difficilior est quaestio de deminutivis, quae quum sint certo circumscripta significato, ut magis primitivorum quam deminutivorum speciem prae se ferant, cum altera eiusdem nominis forma in $\bar{\epsilon}\iota\omicron\nu$ confunduntur: ut θυννίον, γαστήριον, χαλκίον, λυγγίον, ὄλκιον, στρουθίον, κυμβίον (cf. Lobeck. paralip. T. I, p. 323 sq.) de cuius ambiguo accentu supra dictum est.

Restat ut de nom. propriis, quibus dactylorum numerus est, dicamus. Etenim etsi scribentium voluntas atque consilium, primitiva scilicet deminutiendi, idem esse debet atque in appellativis, legem tamen illam de accentus loco probatam etiam ad nomina propria pertinere, grammaticis veteribus rem in medio relinquentibus, non est quod credamus. Itaque recte scripsit Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 906 Μύρδιον et Graefius in epigr. Meleagri (A. P. XII, 82). Φάνιον; contra vero Iacobsius Φανίον paroxytonos notavit et haud scio an recte, quum eiusdem formae exstet appellativum φανίον (cf. A. P. id. ep.). Eandem sedem tenet accentus in his voc.: Μύρτιον Athen. deipn. XIII, 576 f. Βίττιον sive Βίτιον (cf. p. 13). A. P. VI, ep. 286. Δόρκιον Asclepiad. XII, ep. 161. Θέρμιον Phelodem. A. P. VIII, ep. 161 cf. Iac. T. III, p. 438. Θώνιον Diodor. ep. VI, 627. Νάννιον Athen. XIII, p. 558 c. Hyperides ap. Harpocrat. 203, 7.

*) Hoc etiam duplici $\bar{\pi}$ scribi, uti Latinorum stupa et stuppa, ostendit Lobeck. ad Phryn. p. 261.

A. P. V, ep. 207. *Νίκιον* Athen. IV, p. 157 a, hoc vero atque *Λέμβιον* (Rufin V, ep. 44) etiam secundum appellativorum accentum signari poterant.

Eandem analogiam excipere videntur quae locorum sunt nomina omnis deminutionis expertia, ut *Τείχιον* vel potius *Τειχίον* cf. Thucyd. III, c. 96 et Tschuck. ad Strab. vol. III, p. 568. *Ἡρίον* in Etym. m. s. v. *Ἰσχίον* ap. Diod. Sic. XIII, 65 extr. *Κρανίον* ap. Xenoph. ubi proparoxytonos scriptum invenitur (cf. Sturz. lex. Xen.). Contra quae sunt deminutivorum minus similia in *ιον*, velut *Ἄλσιον* (Strab. Vol. II, pag. 139). *Ζάγκλιον* (Strab. II, p. 257). *Ἀήλιον* Thuc. Strab. *Ἄκτιον* Thucyd. Strab. *Θύμβριον* Xenoph. suo sunt accentu signanda. Recte igitur scholiastes Homeri ad Il. II, 648: οὐκ εἶδὲ Τυραανῶν παροξύνει αὐτὸ (Ῥυτίον) ὡς πεδίον· οὔτε γὰρ ὑποκοριστικόν, οὔτε (add. ἄν.) εἶ ἦν ὑποκοριστικόν, παροξύνετο· καὶ ὅτι τρίβραχυν.

Quam ad normam scribenda sunt *Θρόνιον*, *Νέριον* ap. Strab. (Vol. I, p. 366 et p. 410) ubi accentus non firma est sedes.

Postremo de iis disputandum est deminutivis*) quae ternarum syllab. brevium accentu ambiguo notata inveniuntur. Vocabula *πεδίον* ut *χορίον* (corium) non numerantur in deminutivis, quibus adde τὸ στόμιον, θύριον, λύριον, σκάφιον, σκύφιον, passim proparoxytonos scripta. Ac quidem τὸ στόμιον de cuius et accentu et significato alibi**) fusius disputatum est, ex deminutivis excludendum demonstravimus, et nominum *θύριον*, *λύριον* accentus incerti iam mentio facta est a Schaeff. ad Greg. Cor. p. 28.

Sed vocula *σκάφιον* uberius nobis tractanda videbatur. Id enim quum sit deminutivum nominis aut *σκάφη* aut *σκάφος*, eius etiam significationis particeps esse debet; at alvei significatio quamquam huic voculae genuina, non invenitur apud atticos scriptores, sed quod cum eo comparatur, poculi quoddam genus (cf. Athen. IV, p. 142 d, XI, p. 475 c., p. 501 e) adeo ut Aristophanes Them. 630 iocatus sit:

Σκάφιον, Ξένυλλ' ἤτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἄμις.

cf. Eupolis ap. Poll. X, 45 — ubi tamen Ms. habet *σκάφιον* proparoxytonos scrip-

*) Arcad. 119, 8: — τὰ δὲ διὰ τοῦ *ιον* τριβράχεια ὑποκοριστικὰ προπαροξύνεσθαι, κτένιον, πτύχιον, πόδιον, θρόνιον.

**) Vide Jahn, neue Jahrb. erstes Supplementsb. IV, p. 566 sq.

tum — unde non sequitur, Atticis id unquam nomen usurpatum fuisse pro matula. Sed a cavitate et rotunditate vasorum cranii capitisve significationem profectam esse ait Stephanus in thes. L. Gr. s. v. Pollux II, 39 καλεῖται δὲ ἡ κεφαλὴ παρὰ Ἀριστοφάνει σκάφιον (av. 806) ἵνα μὴ καταγῆς τὸ σκάφιον πληγείς ξύλω. cf. id. Thesm. 838.

Hinc patet ratio qua sit factum, ut etiam quoddam tonsurae genus eo significaretur, cf. Aristoph. ἐν Γήρα ap. Harpocrat. 269, 25 (ed. Bark.) et schol. ad Aristoph. av. 806, ubi ab altero tonsurae genere (κῆπος sive κηπίον) distinguitur. conf. schol. Lucian. Lexiph. 5. Hesychius denique qui Victor. alterum Aristophanis l. c. scholiasten exscripsit diversa miscet: σκάφιον, dicens, πτύον καὶ εἶδος κουρῶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρασθαί φασι τὰς ἑταιρευούσας. — quum ad idem dem. non quadret ligois significatio. Eum enim ab Atticis ἄμην vocatum fuisse bene commemorat schol. Theocr. id. IV, 4: Σκαπάνη ἐστὶ δίκελλα, σκαφίον, τὸ κοινῶς λεγόμενον τζαπίον, ὃ οἱ Ἀττικοὶ ἄμην. cf. Suid. et Hesych. s. v. σκαπάνη. Hoc vero significatu, qui se ad primitiva illa nomina referri non patitur, plerumque paroxytonos scribitur: σκαφίον, ut apud Pollucem X, 129 quo loco in instrumentis rusticis etiam σκαφίον positum est, cf. Plutarch. vit. Arat. c. 3, compar. Aristid. c. Cat. mai. 1. Strab. vol. VI, pag. 609. Lucian. Philospeud. 31 fin.; neque inepta est quae in Etym. m. 569, 27 invenitur, voculae expositio: κείρω κουρεῖον, σκαφῶ σκαφεῖον, γράφῶ σκαφεῖον — quamquam probabilius a σκαφεὺς, uti κουρεῖον et γραφεῖον a κουρεὺς et γραφεὺς — ita ut si ligo significetur, num sit scribendum σκαφεῖον*) quam ad formam accentus mediam obtinens vocem ducere videtur, quaeri possit.

Vocabuli denique σκῦφιον mentio facta est ab Athen. XI, p. 477 e, ubi minus recte paroxytonos scriptum est.

Idonea igitur caussa, quam ob rem quaedam ex demunitivis trisyllabis communem huic nominum classi legem migraverint, quum cogitari nequeat, neminem de remedio quod cuique contra canonem scripto deminutivo fieri debeat, haesitaturum putó.

*) Conf. Beck. Anecd. I, p. 62, 9: σκαφεῖον: ἐργαλεῖον, ᾧ σκάπτουσιν, ἥτοι ἄμην ἢ ἄξινη. cf. 301, 25 et 30.

§. 2.

De vocibus in $\overline{\text{ιον}}$ trisyllabis cum deminutivis similitudinem speciemque gerentibus.

Uti iam progrediamur, unde exorsi sumus, quaerendum est, num qua excogitari possit ratio, qua nomina illa in $\overline{\text{ιον}}$ significatione quidem deminutivorum destituta, eorum vero tenore in epicorum carminibus scripta, formentur. Causa vero cur a grammaticis ad deminutivorum tenorem scriberentur, nobis in eo posita videtur, quod his plerisque sunt nomina unde deminutivorum instar ortum habere gignique videantur. Hac autem in re quantum valeat veterum grammaticorum *παράδοσις*, inde perspici potest, quod, dum *ἐρκίον*, *θηρίον*, *μηρία* omnium fere consensu propter similitudinem cum deminutivis paroxytonos scribuntur, *ἔχνιον*, *ποιμνιον* etc. etiamsi videantur habere ad quae revocari possint primitiva, proparoxytonos scribebantur, atque *ἡρίον* etsi eius primitivum non est in promptu et in propatulo, eandem sequebatur analogiam, contra *ὄγκιον* origine quidem manifestius, demunitiva se natura prorsus abdicabat.

Horum autem nominum qualis fuerit natura, ut intelligatur, multum facit Eustathii explanatio de nomine *τὰ οἰκία*, 676, 23 sive ad II. ἡ v. 221. *τοῦ δὲ οἰκία, ὃ ἐστὶν οἶκος, εὐθεῖα μὲν τὸ οἰκίον. ὥσπερ οὔτε τὸ θηρός θηρίον, οὔτε τὸ ἔχνος ἔχνιον ὑποκοριστικῶς ἔχει παρὰ τῆ ποιητῆ, ἀλλὰ παρωνυμῶ εἰσι κατὰ τοὺς παλαιούς, οὕτως οὐδὲ τὸ οἶκος οἰκίον, ὅθεν παρὰ τοῖς ὕστερον ὑποκοριστικὸν οἰκίδιον κατὰ τὸ ἀργυρὸς ἀργυρίδιον.* Atque ad significationem idem apte exponit p. 898, 5 (μ' v. 168) *Ὅρα δὲ καὶ ὅτι τὸ οἰκία καὶ τὸ (I. τὸν) δόμον ἐπὶ σμηνῶν εἴρηκε ποιητικώτερον. — Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τοῦτοις μὲν δόξαι ἂν ὑποκορισμὸς εἶναι τῶν οἰκῶν τὰ οἰκία. ὅτε δὲ Αἶδον οἰκία εὐρώεντα (II. XX, 65) λέγει, ἀλλ' ἐκεῖ οὐχ ἔστιν ὑποκόρισμα νοῆσαι, ἀλλὰ φανερὰν παρωνυμίαν.* cf. id. 1653, 23 sq. Idem vero p. 1198, 8 hanc paronymian dicit *παραγωγήν*. At Suidas *οἰκίον*, τὸ μικρὸν οἰκῆμα citans: *οἰκίον εὔτε δέμοιμι* ad poetæ recentioris cuiusdam versiculum respexit. Nam singularis num. semel modo in A. P. VI, ep. 203

*Αἴτης παρωρείησι Συμαίθου πατρός
Ἔχουσι δινήεντι ὕγρον οἰκίον.*

Qua deminutiva significatione etiam pluralis positus cernitur ab Antiphilo By-

zantino A. P. IX, ep. 121 οἰκία δειλιά. Praeterea Ionum fuit, ut Herodoti VI, 67; nam apud Lucianum de dea Syr. c. 20 id quidem nomen invenitur, sed hoc in libello dominatur Ionica dialectus.

Graecos igitur hanc normam ad nomina quae specie duntaxat deminutivis similia sunt, applicantes falsa analogia perductos fuisse liquido patet. Verum his de rebus veteres technographi num consenserint, iam est quaerendum.

Et primum quidem nominis ἐρκίον quod bis apud Homerum (Il. v. 472, Od. σ. 101.) semel apud Apoll. Rhod. (II, 1074) obvium cum primitivo ἔρκος significatione convenit, praeterquam quod nusquam figurate*) dicitur, accentus, cuius ratio diverse explanatur, inconstans est. Scholiastes ad Dionys. Thr. Gramm. Anecd. Bekk. T. II, pag. 792 sq. vocabuli huius formam si repetisset a περιετικῶν natura, haud inepta erat comparatio: καὶ τὸ ἀγγεῖον οὐχ ὅτι ἄγγη περιέχει, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἄγγος καὶ ἀγγεῖον λέγεται, ἐκ τοῦ ἄγγος ἄγγεος ἐτυμολογούμενον, ἀγγεῖον, καὶ συναρτέσει ἀγγεῖον — — τὸ γὰρ ἄγγος ἀγγεῖον ἀγγεῖον ἴσος ἀνρῆση (leg. ἂν ῥηθεῖη ὡς) διὰ τοῦ τείχεος τειχέιον. καὶ ἔρκος ἔρκεος ἔρκιον (scr. καὶ ἔρκος ἔρκεος ἔρκεῖον ἔρκιον); nam idem non multo post in accentus de deminutivis canone constituendo ἐρκίον paroxytonos scripsit.

Haec enim ratio quum non ad omnia similiter formata accommodari possit nomina, derivatorum vim ac potestatem, id quod deminutioni plane contrarium est, multo amplio rem inveniemus quam primitivorum.

Ad formam porro quod attinet, huc facit Suidae observatio T. I, p. 856: ἐρκεῖον δὲ περίφραγμα τῆς ἀλλῆς ἢ ἡ τοῦ δώματος στέγῃ. ἐρκίον γὰρ τὸ δῶμα. Σοφοκλῆς (A. 108.)

Πρὶν ἂν δεθεῖς πρὸς κίον' ἐρκίον στέγης.
quo loco adiectivum ἐρκεῖον emendavit Hermannus (vide lex. Soph. Ellendtii). In scholiis ad h. l. ἐρκίον perperam scriptum est. Accentus vero sedes firma est apud Eustathum 1829, 52: ἐρκίον δὲ ἀλλῆς τὸ τεῖχος ᾧ ἔστιν ἐπικεισθαι καὶ τὸν θρόνον. γίνεται ἐκ τοῦ ἔρκος ὁμοίως τῷ τεῖχος τειχίον. ad accentus canonem idem constituit 223, 28: τὰ δὲ εἰς ἰον τρισύλλαβα προσηγορικά, ἔχοντα

*) Eam quae dicitur, propriam signif. etiam primitivo ἔρκος esse videas licet ex Passovii lexico.

πρὸ τοῦ ἰ δύο σύμφωνα παροξύνονται, οἷον κυμβίον, ἰστίον, ἐρκίον, εἰ μὴ ἄρα πρὸ τοῦ ἰ κεῖται ἀμετάβολον ὁποῖον τὸ ἴχθιον καὶ τὸ ἴκριον. Ex iis verbis recte emendabis in Etym. m. 631, 25: quo loco nunc legitur: τὰ διὰ τοῦ ἰων ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς προσηγορικά ἔχοντα πρὸ τοῦ ἰ δύο σύμφωνα παροξύνονται, ὁπότε πρὸ τοῦ ἰ οὐκ ἔστιν ἀμετάβολον. ita: τὰ δὲ εἰς ἰων τρισύλλαβα πρ. κ. τ. λ. cf. ibid. 375, 27.

Deinde vocabulum τὰ ἡνία pluraliter duntaxat ab Homero dictum in scriptorum Atticorum qui ad nostrum pervenerunt aevum, usum non receptum. At fuisse Graecis ἡνίων partem quandam loramentorum equinorum tradit Pollux I, 248: τὸ εἰς τὸ στόμα ἐμβαλλόμενον, χαλινός· οὗ τὸ μέσον ἡνίων (cf. Thom. Mag. in ἡνία). nisi forte grammaticus, ad usum Homeri non respiciens, singularem commemoravit numerum pro plurali, ut in Etym. m. 177, 39 factum est, unde deduceretur verbum ἀφηνιάζειν. In posteriorum quidem scriptorum usum eius loco ἡ ἡνία venit, quod erunt qui illius esse primitivum dicant. At ne dicamus, nomen τὰ ἡνία esse multo vetustius, nulla faciunt ex appellativis femininis in ἰα graeci deminutiva in ἰων, qua de re infra uberius disputabitur. Eustathius (1120, 37) id ducit a verbo ἐνοῦν: — παρὰ τὸ ἐνοῦν τοὺς ἵππους τοὺς ὑπὸ τῷ ἄρματι. Quam significationis rationem etiam in Etym. m. 432, 17 redditam invenies.

Incertior etiam est vocabuli ἡρίον origo, quod sunt, qui ab ἔρα — (ἐραζε) — profectum velint. cf. Etym. m. 437, 13. Harpocart. 140, 9. Prudentius facit schol. ad Theocr. II, 13: ἡρία οἱ τάρφοι παρὰ τὸ ἐνηρίσθαι τῆ γῆ. — et sic exponit Hesych. per μνήμεϊον, veluti singular. num. ἡρίον μνήμα, τάρφος. cf. Suid. s. v. Huius vero voc. ad usum quod attinet non tantum Homero (Il. XXIII, 126) sed etiam Demostheni κατ. Εὐβουλιδ. 1319 usurpatum fuit. cf. Lucian. deor. concil. 15 et alibi.

Tum τὸ θηρίον apte comparatum in Etym. m. 195, 41, cum Latinorum bestia, παρωνυμείσθαι dicit Eustathius (1653, 17) τῷ θηρί. Sed accentus deminutivorum similis ratio ipsis a deminutivis repetitur in Etym. m. 451, 15. Eo Homerus bis in Odyssea usus est (κ. v. 171, v. 181.) semel in hymn. IV, 4, plane a poësi tragicorum alienum iudicat Hermannus ad Soph. Antig. v, 344, in soluta oratione, quoad Atticorum usus spectatur, solum θηρίον dominari videtur — nam qui loci nominis θήρ inveniuntur apud Xenophontem contrarii, lectionis sunt incertae.

cf. Sturz. lex. Xen. s. v. — At non bestias modo sed quaevis animalia a recentioribus scriptoribus *θηρία* vocata fuisse, videas licet ex Strabone Vol. V, p. 406: *αἱ ἴνες* — *θηρία*, animalia nihil noxia dicente. cf. id Vol. V, p. 639. itaque Eustath. 1653, 17: *θηρία δὲ κοινῶς πάντα τὰ ἄλογα, διὸ καὶ τὸν ἀράχην θηρίον φησὶν ὁ Αἰλιανός*. — sed idem 1097, 35 etiam veteribus Atticis eundem concessit usum: *θηρίον δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς πᾶν ἀνάλογον ἔφθον*. — cf. Xen. ἀπομν. 1, 3, 13 et Eupolis *Ἀήμοις* in Beck. Anecd. I, 28. dixisse fertur *ἵππον ἢ ἡμίονον* — *θηρίον*; quin etiam in Etym. m. 444, 15 legimus: Antiphontem *ἐν τῷ περὶ ὁμοιοῦσας* dixisse: *Ἄνθρωπος δὲ πάντων θηρίων θεαιδέστατος γέγονε*. Nam alioquin oratorum proprium erat Atticorum maledicere adversariis suis *θηρίον* cf. Demosth. contr. Theocr. 1338. Dinarch. contr. Dem. 91, 24 etc. Hinc satis patet deminutivam vim ac potestatem multum ab eo abesse nomine; neque ulla deminutio apparebit ex iis quae modo diximus ap. Xen. Cyrop. 1, 6, 39:

Εἰ δὲ σόγε, ἔφη, ὦ παῖ, μηδὲν ἢ μετενέγκοις ἐπ' ἀνθρώπους τὰς μηχανάς, ἄς καὶ ἐπὶ τοῖς πάνυ μικροῖς θηρίοις ἐμχανῶ — itemque id. Agesil. IX, 5: — *θηρίων τῶν ἀσθενεστάτων*. cf. Theocr. idyll. 19, v. 6. *τυτθὸν θηρίον*. atque inde animalcula vitibus noxam inferentibus ap. Strab. Vol. II, p. 430. dicuntur *θηρία*. Derivata denique quae a *θηρίον* sunt verba satis ostendunt, primitivi instar usurpatum id nomen abiisse in certam definitamque significationem.

Tum τὸ *ἰνίον* quod singulari tantum numero invenimus non solum ap. Hom. II. ε', 73. ξ, 49. Apoll. Rhod. Theocr. Anth. Pal. sed etiam in sermone pedestri, ut Aristot. h. a. I, 7, 1. Strab. Vol. I, pag. 439; cuius tamen loco Plato ut idem significaret, ad primitivi pluralem regressus est, veluti Tim. 78 d. *ἰνῶν*, Homerum, ut videtur, secutus, qui non pluralem tantum ita posuerat, sed etiam singularem. II. XVII, 520 *ἰνα* eodem atque alibi *ἰνίον* significatu. Huius vero rationem excussit Pollux II, 39: *τὸ δὲ κατόπιον, ἰνίον, διότι ἀπ' αὐτοῦ αἱ ἴνες ἐκπεγνάσκασιν*. cf. Eustath. 216, 38. 877, 11. 1680, 18. Etym. m. 720, 37. Hesych. et Suid. s. v. Ceterum quod inde nascitur nomen, primitivi monstrat speciem, *ἰνώδης* apud Xenophontem.

Porro τὸ *ἰστίον* recte dicitur in Etym. m. 478, 24. ὄνομα ἡηματικὸν perinde atque ὁ *ἰστός* ab *ἴζειν* ducendum. Alterum enim ab altero quominus sit per deminutionem ortum, utriusque significationis diversitate impeditur. Singularis num.

non rarus est, veluti ap. Hom. *Il. α*, 481. O. 627. Od. β', 424. *hymn. VI*, 26. etiam ap. Xen. *ἀναβ. I*, 5, 3. et crebro apud recentiores scr. Itaque quum utrumque nomen suo praeditum fuerit significatu, fiebat, ut pro eo ex utroque generarentur derivata.

Pariter dicitur τὸ ἰσχύιον verbale nomen ab ἰσχειν ortum secundum Suidam: ἰσχύιον τὸ κοῖλον τοῦ γλοῦτοῦ, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται παρὰ τὸ ἰσχειν τοὺς καθήμενος. i. e. quod sedentes sustineant. cf. Eustath. 550, 10. 716, 35. *Etyim. m.* 478, 56. at vide, num id voc. eandem inierit significationis rationem cum voc. ἰσχὺς quam esse inter ἰνὺς (nominativus enim ἴς eo signif. non dicitur eiusque partes sortitum videtur derivatum ἰνίον) et ἰνίον supra demonstravimus. Nec mirum est utrumque inveniri numerum, cum Aristotel. *hist. an. III*, 4, 4. distinxerit: εἰς τὸ ἐκάτερον ἰσχύιον et Aelian. de nat. an. VII, 8. ἰσχύιον τὸ δεξιόν. Apud Homerum singularis plurali crebrior, ille *Il. ε*, 305. λ, 339. Od. ρ, 234. hic *Il. θ*, 340. ν, 139 et pluralis fere offenditur apud Atticos. cf. Plat. *Tim.* 75 e. *Phaedr.* 254 e. cf. Sturzii lex. Xen. ita ut si exceperis tragicos poetas, a nemine scriptorum id spretum videamus. cf. Herod. VI, 75.

Tum τὸ κλίσιον, cuius ut quaereretur et origo et significatio, tota vita*) opus fuit Dorotheo Ascalonitae secundum schol. *Il. I*, v. 90. Spohnio vero, qui eam vocem doctissime explanatum ivit, de deminutione assentiri nequimus sic statuenti:

„Est igitur κλίσιον vox cognata voci κλίσιν atque aut huius aut vocis κλίσις unde κλίσιν quoque derivatur, forma deminutiva.“

Liceat nobis hoc loco accuratius inquirere, num a nominibus, quorum radices terminentur in vocales, oriantur deminutiva in *ιον*. Quivis facile cognoscet, quam Graeci idem per terminationem *ιδιον* consequerentur, quam incommodum fuerit terminationem *ιον* vocali in quam primitivi radix exiret, adiungere, qua copulatione ne periret deminutionis nota; quod nisi fieret diphthongus *ει***), vocalis eius duntaxat abiiectione effici poterat. Itaque neutra in *ος* nomina ubi per terminationem *ιον* deminuebantur, abiiciebant radicis vocalem, ut ἐνγχύιον, ῥάκκιον,

*) Coraïus corruptum hoc scholium iudicabat, ut scriberet: ὄλον βιβλίον ἐδέησε pro eo quod editum est: ὄλον βίον ἐδέησε.

***) Huc pertinet quaestio: num formentur dem. in *ειον*, quae afferuntur a Spohnio l. l. p. 126 nec sunt dem. neque reliqua pro hoc hypocorismo certant. cf. Schol. ad Dionys. gramm. Beck. *Anecd. II*, pag. 791, 12.

σελλάχιον, ταρίχιον etc. Aliarum vero declinationum nomina quidem appellativa ea non sunt usa deminutiva forma in *ιον*; at propria si non omnibus ex partibus examussim respondebant analogiae, non est mirandum. Itaque *Γλυκέριον* —: *ὑποκοριστικὸν*, inquit schol. ad Lucian. Catopl. 12, *τῆς Γλυκερίας Ἀθηναίων ἔθει· αὐτοὶ γὰρ τὰ θηλυκὰ ὀνόματα οὕτως ὑποκορίζονται, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἑταίρων* (scr. aut *ἑταιρῶν* aut *ἑταιριδῶν*.) *τὴν Εὐφρημίαν λέγοντες Εὐφρήμιον καὶ τὴν Εὐπραξίαν Εὐπραξίον.*

Ita *Βίτιον* sive *Βίτιον* — una enim scriptum cons. *Βιτή* legimus in epigr. — supra in medio proposuimus et *Ἐμμέλιον* A. P. VIII, ep. 161 (cf. Iac. A. P. T. III, p. 438). Inde *Θαυμάριον* (Athen. III, p. 583 e.) a *Θαυμαρία* ducendum puto, non a *θαῦμα*, quum nulla in *αριον* deminutiva a nominibus in *μα* orirentur.*)

Ex appellativis quae contra regulam, qua voces pure flectendae forma in *ιον* deminutiva abstinerint, faciunt, invenimus haec: *ἀλύσιον* quod ab *ἄλυσις* repetitur, deinde *ἀμόλγιον* ab *ἀμολγεύς* plerumque derivatum, tum *ἐγγέλιον*, *πεπέριον*, quorum primitiva dicuntur *ἐγγελυς* et *πέπερι* et denique *σκαλλίον* et *τροσάλιον* dubiae sane quod ad primitivum attinet, originis.

Ac τὸ *ἀλύσιον* sive *ἀλύσιον* (V. Hemsterh. ad Polluc. X, 167) affertur a Suida s. v. *ἀλύσιον, πλοκίου γένος περὶ τὸν τράχηλον. Μένανδρος καρήνη·*

Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιόν τί σοι δότω.

cf. Hesych. s. v. Primitivum eius *ἄλυσις* legitur ap. Thuc. II, 76 et Herodot. IX, c. 74. Formae vero deminutivae videtur deesse dem. significatio, veluti ex Polluce apparet l. c.: — *Ἀλύσιον δὲ εἶχε τετραράκοντα δραχμὰς ἄγον.* ita ut de eius forma nonnulla nobis subsit dubitatio. Deinde τὸ *ἀμόλγιον* legitur ap. Theocr. id. XXV, 186

ἄλλος ἀμόλγιον εἶχ'—

ubi muletta significatur, rursus est quod huic epyllio minime convenit, non deminutivum, sed periecticon poetarum more ex *ἀμολγεῖον* correptum idque si minus probatur, cur a voc. *ἀμολγᾶς* ortum aeges, non pervideo. Tum τὸ *ἐγγέλιον* Poseidippus apud Athen. III, 87 f.

Ὡρα περαίνειν ἐγγέλια καὶ καράβους.

*) Nam *γραμμᾶριον* est non a *γράμμα* sed a *γραμμῆ*.

quo a loco deminutiva forma multum abhorret. Agedum quo venustius procedat versus, scribas:

Ἔρα περαίνειν ἐγγέλεια, καράβους.

unde ab adiectivi potestate profectum arbitramur ἐγγέλεια, uti ap. Aristoph. Ach. 1073.

ὄπῳ τε τ' ἀγγέλεια —

Ceterum deminutivum est ἐγγελύδιον, quo usus est Ephippus ap. Athen. p. 256 b. cf. Amphis ibid. p. 290 f.

Tum τὸ πεπέριον quod dubiae maxime lectionis est ap. Athen. III, p. 126, pro quo Casaubonus πέπερι emendavit. Restant σκαλλίον et τροφάλιον. Illud videtur esse Aeolicae dialecti, cum proparoxyt. scriptum sic exponatur ap. Athen. XI, p. 501 e: σκάλλιον, κλίμιον μικρόν, ᾧ σπένδουσιν Αλοεῖς — eiusque primitivum dicit Passovius in lex. ἡ σκαλῖς. Sed iam inde quod primitivum una scriptum traditur liquida, alterius quod duplici λ̄ pronunciatur, vocabuli non potest dici auctor; atque difficile est in nomine quod unius memoratur dialecti, originem quaerere.

Hinc etiam elucet, quam ob rem καλπίον supra propositum non a κάλπις sed a κάλπη esse dixerimus. Postremo τὸ τροφάλιον*) quod quum a τροφαλῖς proficisci nequeat, alii primitivo originem debet. Illud invenitur ap. Athen. XII, p. 516 e, ubi Alexis laudatus est:

τροῦ τροφάλια χλωρὰ Κυθνίον παρατεμών.

— Cythnii recentis casei frusta secans — ubi ut versus fiat senarius, scribere possis τεμών ἴσο παρατεμών. At a τροφαλῖς deminutivum τροφαλίδιον gigni apertum est, atque etiamsi τρόφαλις proparoxyt. scriptum pure flexum fuisse concesserimus, nulla tamen puto oriri deminutiva in ἰον e nominibus in ἰς quae ut grammatici aiunt, gravantur.

Ut igitur redeamus, unde digressi sumus, τὸ κλίσιον non satis recte repetitur a κλισίῃ aut κλίσις sed potius verbale est a κλίω factum sive κλίνω, cuius loco ii qui κλισίον vel κλεισίον (cf. Draco p. 57, 19) scripserunt, κλείω ponebant, vide interpr. ad Dem. pro Cor. 60. Lys. κατ. Ἐρατοσθ. 121. Homerī ubi prima corripitur, locus unus est Od. ω. 208:

*) cf. Interpr. ad Moer. Atticist. p. 337 ed. Koch.

Ἐνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θῆε πάντη.

Tum τὸ κηρίον num. plur. legitur in hymn. Merc. II, 559. Hesych.: κηρίον τὸ τῶν μελισσῶν καὶ πλακοῦντος εἶδος, respiciens ad Aristoph. Thesm. 513:

τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρῳ τὸ παιδίον

ἵνα μὴ βοῶη κηρίῳ βεβυσμένον.

cf. id. Eccl. 632. ubi plural. est, atque Pollux inter opera apum numerat: κηρία, μέλι, μελίκηρα, favi, mel, cera mixtum mel, ita ut nomine pluraliter dicto fere significaretur mel, ut illo hymni loco. Sed singulari numero κηρίον cerae massam minorem orbi similem significanti ubi quaedam deminutionis nota subesse dicitur, fatendum est, huius rei principia ab hypocorismo orta esse. Ad usum vocabuli quod attinet, singularis num. offenditur ap. Theocr. id. 19, v. 2; Herod. II, 92; Plat. rep. VIII, 552 c. et crebro apud recent. scr. pluralis apud Diode. Sic. V, c. 14. 26; XIV, 30; Lucian. Dem. 52. Verum quaerendum est, num a κηρίον fecerint Graeci alias voces. In Passovii quidem lexico proposita sunt: κηριοκλέπτῃς, κηριοειδῆς, κηριοποιός. Illud quod primum posuit ex Theocrito, cuius idyll. XIX inscriptum est: κηριοκλέπτῃς. At vix dubitari potest, quin ille titulus aliena manu sit appositus; reliqua sine auctoritate. Sed Plato κηροπλάστῃς Tim. 74 c. Euripides κηροδέτῃς Iphig. T. 195 (Seidl.) et κηροειδῆς non κηριοειδῆς apud eundem Plat. Tim. 35 quamquam eius rei speciem expressit Herodot. II, 92 per formam derivatam: ἐξ ὧν ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι παραφρομένη ἐκ τῆς ῥίζῃς γίνεται, κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότατον.

Hanc vero in rem alias inquirere diligentius constituimus.

Tum τὸ κρανίον semel apud Hom. (Il. δ' 84) obvium tam certam nactum est significationem ut in primitivi modum inde fierent voc. composita. Eustathius 700, 64 per syncopen formatum dicit: τὸ δὲ ῥηθὲν κάρηνον κάρανον ἐν συστολῇ γεγονός, εἴτα συγκοπὴν τὸ κρανίον παράγει, οὗ προϋπάρχειν τὸ κράνον (scr. κῤῥᾶνον) δοκεῖ, ὡς δῆλον ἐκ τῶν συνθέτων, τοῦ ὠλέκρανον καὶ ἐπίκρανον. quae fere verba repetentur a Poll. II, 43 et in Etym. m. 534, 52. praeterquam quod κῤῥᾶνιον proponitur unde κρανίον ortum dicitur. Accentus autem sedes sibi non constat. Apud Eustathium, Suidam, Pollucem II, 38; VI, 51 paroxytonesis regnat, quae, exceptis duobus locis 534, 52 et 827, 45; in Etym. m. et Hesychio quoque invenitur. In epigrammatis non eadem tenetur ratio.

Proparoxyt. scriptum *κρανιον* legitur XI, ep. 288. Lucilii contra *κρανιον* paroxyt. notatum legitur IX, ep. 159. Vocabuli significationem explanat Aristot. h. a. 1, 75. *κεφαλῆς μὲν μέρη, τὸ μὲν τριχωτὸν κρανιον καλεῖται.* Etiam Atticis fuisse usurpatum testatur Athen. p. 211 ubi Aristophanes citatur; scriptorum posteriorum creberrimus est usus, ubi passim proparoxytonos exaratum offenditur.

Porro τὰ *μηρία* quod quamvis significatu differat a *μηροί* (vide Ioan. Henr. Voss. ad hymn. Cerer. v. 245.) tamen a *μηρά* quocum convenit significatu, possit proficisci. Mire docet nescio quis in Etym. m. 496, 13. *μηρὰ* et *σιτὰ* per *συγκοπὴν* nata esse ex *μηρία* et *σιτία* cf. ib. 722, 46. At potius *παρώνυμος* formatum videtur quemadmodum pleraque huius generis vocabula. Ceterum illud etiam Atticorum fuisse patet ex Aristoph. Eccl. 934. *ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν*

Eadem paronymia est in nomine *πηνιον* ap. Hom. II. XXIII, 762, quod Eustathius 1328, 47 scholiasten ad h. l. secutus ad Pana *ὕφαντικῆς* inventorem ridicule ducit, inde Penelopen nomen habere affirmans. Dammium vero id adiectivum esse existimantem iam redarguit Rostius. Animalculum illud eiusdem nominis culici simile Aristophanes pluries dixisse fertur *πηνιον*. cf. Athen. XV, p. 667 f.

Supersunt *τειχίον*, *φορτίον*, *φυκίον*, quorum primum Homeri est, alterum Hesiodi, tertium Theocriti, cuncta vero scriptoribus prosaicis frequenter usurpata.

Ac τὸ *τειχίον* quod a deminutiva significatione prope abesse invenitur, distinguui solet a *τείχος*. *Ἀττικοὶ*, inquit Hesychius, *τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις.* *Ὁ δὲ Ὀμηρος τείχος μὲν τὸ τῆς πόλεως, τειχία δὲ τῆς οἰκίας.* similiter Thomas Magister: *τείχος οὐδετέρως τὸ τῆς πόλεως, τοῖχος δὲ ἀρσενικῶς τῆς οἰκίας λεγόμενον.* cf. Ammon. de differ. verb. *τείχη μὲν ἐστὶ τὰ τῶν πόλεων, τειχία δὲ τῶν οἰκιῶν.* cf. Piers. ad Moer. s. v. At in vocabulo *τειχίον* si qua ex significatu quaeritur deminutio, maxima e parte eam tolli attributo *μέγα* (cf. Od. XVI, 165. 343.) apte monet Eustathius p. 1653, 17. Sed Atticorum scriptorum qui de parietibus domuum ac qualicunque de minori ambitu *τειχίον* usurpabant, usus latius patet. Arist. Eccl. 497: *ἄλλ' εἶα δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς*

ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον.

quo loco domus (cf. ib. v. 491) parietes dicit chorus et in universum de septis, veluti ap. Thuc. VI, 66: — *τῇ μὲν γὰρ τειχία τε καὶ οἰκίαι εἶργον καὶ δένδρα*

καὶ λίμνη, παρὰ δὲ τὸ κρημνοί; id. VII, 81: — ἀνειληθέντες γὰρ εἰς τι χωρίον, ἢ κύκλω μὲν τειχίον περιῆν. atque inde de parietinis, ut nostrates Germanæ dicunt, idem accipiendum videtur apud Aristophanem (Vesp. 1109) Athenienses litium cupidissimos ridentem eosque cum vespis comparantem per examina collectis, in diversa alvearia migrantibus:

συλλέγοντες γὰρ καθ' ἑσμοῦς, ὥσπερ εἰ τ' ἀνδρήνια

οἱ δ' ἐν ᾿Ωιδείῳ δικάζουσ'· οἱ δὲ πρὸς τειχίοις

ξυμβεβυσμένοι, —

Nam ad parietinas nidum facientes vespas etiam Aristoteles hist. an. V 17, 15 memorat: οἱ δὲ σφήκες — τὰ φαλάγγια ἀποκτείναντες φέρουσι πρὸς τειχίον ἢ τοιοῦτον τρώγλην ἔχον. et idem mox de eadem re num. pl. τειχία. pariterque rem vel apud Xenoph. intelleximus ἐπ. 3, 7 de equis ad currendum exercitandis τειχία ὑπερβαίνειν, atque idcirco scribendum ibid. 6, 5. τειχία ὑπερακρίσειν vidit Bordaëus pro τείχη, cuius loci memor fuit Pollux I, 196 quum scriberet: τειχίον ὑπερακρίσαι — μεμελητηκῶς Ἴππος. unde de muri lorica Lucian. piscat. 47. cf. Diodor. Sic. XVI, 12. Palladius denique hoc nomen in deminutivam videtur accepisse significationem: Anth. Pal. IX, ep. 378:

— τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο

τειχίον ἐξαίφνης εὐθὺς ἔκειτο χαμαί.

cuius rei simile nullum usquam invenitur exemplum. Minus igitur recte Tryphon id nom. comparans cum κλειδίον vocitavit ὑποκοριστικὸν sec. schol. ad Il. IX, 146. Tum τὸ φορτίον, cuius accentus ratio exposita est in Etym. 451, 18 quin in nominis φόρτος, unde originem trahere dicitur, locum succederet, parum abfuit. Nec Thomas Mag. — ἀγώγιμα κάλλιον ἢ φορτία — nec Moeris: φόρτος Ἀττικῶς φορτίον Ἑλληνικῶς — ad scriptorum usum respexerunt; sed ad significationem sine ullo discrimine aptius dicit Pollux I, 99: τὰ ἐντιθέμενα ταῖς ναυσὶ φόρτος, φορτία. iisque fere verbis vocabuli utriusque usus describitur. Nam apud Hesiod. ἐργ. 641, 691 bis legitur pluralis, quem crebriorem esse singulari dicit Passovius in lex. Sed suus utriusque est significatus numero, ut alter alterius numeri vicibus fungi nequeat, veluti ap. Aristoph. Plut. 353:

τοὐτὶ πονηρὸν φαίνεται τὸ φορτίον.

et Demosth. in Lacrit. 929: — ἄλλο δὲ μὴδὲν φορτίον. — cf. Aristop. Acharn.

212. 967. Xenoph. lex. Starz. Strab. Vol. VI, |p. 142. Diod. Sic. II, 11. Lucian. Contempl. 4. rer. hist. I, 31. 34. Asin. 19, 29. quibus locis ne poterat quidem poni pluralis. Recte vero observasse nobis videtur: *φορτος* non nisi singulari usurpatum numero usu cessisse alteri pluraliter dicendo, ita ut apud Strab. T. III, p. 260 pro *φορτων* legendum putemus *φορτίων* quemadmodum legitur ib. T. I, p. 105, 265. T. II, p. 47, 67 etc. Pluralis derivati numerus frequens est. cf. Aristoph. Ach. 907. Herod. I, 1. Demosth. κατ. Φορμ. 908 etc.

Denique nomine *τὸ φυκίον* comprobatur plerumque quae commemoravimus vocabulorum paronymia, qua derivatorum et primitivorum significatio nihil differat, nisi quod vox quae dicitur derivata, nusquam tralata invenitur. De huius vero nominis et significato et accentu ambigitur. Scholiastes ad Il. IX, 7. *φῦκος τὸ χορτώδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα· οἱ δὲ φυκία βοτάνην τὴν ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης γινομένην.* quod scholion plenius legitur in Etym. m. 801, 50: *φύκος (I. φῦκος) τὸ χορτώδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα· οἱ δὲ φυκία φασὶ βοτάνην τὴν ἐν τῷ βυθῷ θαλάσσης γινομένην, παρὰ τὸ φύσθαι.* quocum compara schol. ad Il. XXIII, 693: *φῦκος δὲ ἐστὶν ἦτοι ἢ ἄγνη τῆς θαλάσσης ἢ πῶα παραθαλασσία οὕτω καλουμένη.* quae verba paulum mutata leguntur iterum in Etym. m. 70, 21. quo tamen loco *φύκιον* proparoxytonos scriptum offenditur, contra canonem qui ib. p. 451, 18 exhibetur, vocabulis inter se dissimilibus: *φορτίον κλειδίον, φυκίον*, compositis; itemque prooxytonos notatum legitur ap. Hesych. et Suid. Homerus quidem primitivo *φῦκος* concessit locum, etsi *φυκίεις**) (Il. ψ, 693) reperitur; derivato usus est primus Theocritus id. VII, 58, tum poëtae Anth. graecae, ubi IX, ep. 663 *φύκια* proparox. scriptum est sed VI, ep. 24; VII, ep. 637 *φυκία* prooxytonos. Pluralem quidem nominis primitivi numerum non invenimus, sed singularem apud Strab. T. VI, p. 402, 415. Diodor. Sic. III, 18, 39. Lucian. de merced. cond. 33. Altera forma saepius invenitur apud Lucianum mox prooxyton. ut Bis. accus. 31 (ed. Hemsterh.), mox proparoxyt. scripta, ut in libro: quom. hist. conscr. 8 fin.

Vidimus ergo nomina *τὸ ἐρκίον. τὰ ἦνία* et peculiari significato praeditum *τὸ κλίσιον* poëtis non nisi epicis, sed *τὰ ολκία* etiam Ionibus, reliqua *τὸ ἦριον, θηρίον* etc. non tantum his poëtis, verum etiam prosaïcis scriptoribus

*) Pariter *λειριόεις* Homero usurpatum, etsi *λείριον* ab eo nondum receptum.

fuisse probata. Deinde ex iis quae supra disputavimus, apparet, omnia praeter *ῥηματικὰ* illa voc. *τὸ ῥῶϊον*, *τὰ ῥνία*, *τὸ κλίσιον* habere nomina unde perfecta putari possint, et quamvis ratio qua haec formentur nomina, a deminutivis abhorreere non videatur, significatio tamen deminutiva ut iis attribuatur, tantum abesse, ut eorum, quamvis derivatorum, vim ac potestatem ampliorem esse cognoverimus, quam primitivorum. Accentus vero deminutivis imperitendi excusatio, qua in dactylicis numeri nominibus Graeci uterentur, ut media deminutivi syllaba suffulciretur, ad haec quidem nomina deminutivorum significatione omnino carentia minime pertinet. Haec enim nomina, non quo ratione defendi possint, sed quia veterum grammaticorum *παρὰ-δόσει* confirmantur, suo sunt accentu signanda.

At mirationem facere posset, si graeci posteriori tempore talem nominum quae non minus de accentus loco dubitationem afferrent, formandorum modo ae ratione prorsus abstinuissent.

Quodsi ab antiquioribus qui dicendi genere maxime inelaruere, scriptoribus incipientes ad ea usque tempora quibus Atticus sermo iam defloruerat, progrediamur, certis comprobabimus testimoniis, terminationem *ιον* inserviisse non uni tantummodo quibus deminutiva definiretur significatio, nominum classi, sed in universum fuisse, quem exitum haberent substantiva, adeo ut huiusmodi nomina non a verbis solum genita videamus, verum etiam a praepositionibus*).

